

FLORA.

69. Jahrgang.

N^o. 20.

Regensburg, 11. Juli

1886.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XXIV. (Schluss.) —
W. Nylander: Lichenes Insulae Sancti Pauli. — Anzeigen.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXIV.

(Schluss.)

1029. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *tuberculosa* Müll. Arg. L. B. n. 355, sc. *Lecidea tuberculosa* Fée Ess. p. 107 t. 27 fig. 1 — ab hac non vere recedit *Patellaria chloritis* (Tuck.) Müll. Arg. L. B. n. 300, incl. v. *nigrata* ejusd., specimina enim copiosa permixtim offerunt apothecia juniora nigra, fusco-nigra et e livido-fusco mox fusco-nigricantia. Haud minus dein thallus ludit crebrius aut sparsius aut obsolete tuberculifer aut laevigatus, v. etiam in eadem planta hinc laevis, illinc tuberculifer.

— — *β. subversicolor* Müll. Arg.; *Bombyliospora versicolor* Mass. Ric. p. 115 (exclusa *Lecidea versicolore* Fée); apothecia evoluta distincte majora semperque pallidiora, fusca v. rufo-fusca, hypothecium vulgo pallidius. — Primo intuitu fere *Patellariam versicolorem* simulat, cujus sporae tantum 2-loculares sunt. — Corticola in Mexico prope Orizabam: Fred. Müller, et prope Caracas: Moritz, Dr. Ernst, et in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 1028.

1030. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *domingensis* v. *inexplicata*, sc. *Lecidea domingensis* v. *inexplicata* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 68 etiam in prov. Rio de Janeiro lecta mihi a cl. Glaziou inter

Miscellan. missa fuit; ejus sporae breviores et minus divisae sunt quam in forma genuina speciei, etiamsi planta caeterum sat bene evoluta. Thallus ut in specie e fulvo-flavo demum cinerascere solet. — In prov. Rio de Janeiro (thallo flavo) et prope Novo Friburgum (thallo cinerascete) Brasiliae: Glaziou.

1031. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *Joshuana* Müll. Arg.; thallus albus, effusus, crebre gleboso-granulosus, granula circiter latitudine apotheciorum et 2—3-plo minora, majora obtuse crenata, thallum *Lecideae sabuletorum* satis referentia; apothecia $\frac{2}{3}$ —1 mm. lata, sessilia, concava, prominenter crasse marginata, margo novellorum obscure fuscus, evolutorum nigratus, semper prominens et cum disco plano nudo opacus v. passim nitidulus; epithecium fusco-nigricans, crassiusculum; hypothecium fusco-nigrum, inferne cupreum; lamina subhyalina; asci 8-spori; sporae in ascis subrectae, bacillares, basi longe angustatae, 55—80 μ longae et 3 μ latae, 8—16-loculares. — Prope *Patellariam endoleucam* (Nyl.) Müll. Arg. locanda est. — Corticola prope Gordon-Town in Jamaica (comm. cl. Joshua), cum *Synechoblasto pycnocarpo*, sc. *Collemate pycnocarpo* Nyl. Syn. p. 115, et *Graphina Acharii* (Fée) Müll. Arg. var. *albicante*, sc. *Graphide vernicosa* Nyl. (non Fée) v. *albicante* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 76, nec non *Graphina Acharii* v. *monospora* (Nyl. similiter) Müll. Arg.

1032. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *subacerina* Müll. Arg.; thallus cinereo-albidus, effusus, tenuissimus, laevis v. obsolete leprosulus; apothecia sessilia, $\frac{2}{3}$ mm. lata, juniora gyalectiformia, demum concavo-plana, margo crassus, ab origine obscure fuscus, demum fusco-niger, opacus, semper prominens; discus evolutus planus, fuscus v. rubello-fuscus, margine semper laetior; epithecium distinctum nullum et lamina ipsa tota altitudine hyalina; hypothecium (et plus minusve perithecium) cupreo-fuscescens v. etiam intense rufo-cupreum; paraphyses separabiles, diametro 1 μ tantum aequantes; asci 8-spori; sporae subrectae, 55—70 μ longae et tantum $2\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ μ latae, inferne longe angustatae, 10—15-loculares. — Nulli magis affinis quam *Patellariae acerinae*, sc. *Secoligae acerinae* Stitzenb. Krit. Bemerk. Lecid. p. 60, a qua recedit thallo, apotheciis ab origine aliter coloratis, hypothecio cupreo-tincto, lamina apice hyalina et sporis tenuioribus. Paraphyses dein etiam paullo tenuiores sunt. A *P. spadicea* differt epithecio et hypothecio. — Corticola ad Gordon-Town in Jamaica (comm. cl. Joshua).

1033. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *olivaceo-rufa* Müll. Arg.; *Lecidea*

olivaceo-rufa Zenk. in Goeb. Pharm. Waarenk. I. p. 132 t. 17 f. 6; thallus obscure olivaceo-virens, confluenti-granulosus; apothecia $\frac{4-7}{10}$ mm. lata, sessilia, basi constricta, crassiuscula, novella fere gyalectoidea, crasse obtuso-marginata, evoluta superne planiuscula; margo leviter prominens, subinteger, disco rufo obscurior, fuso-nigricans; perithecium in sectione superne obscure cupreo-fulvum, infra laminam undique hyalinam fulvum; paraphyses subconglutinatae; sporae in ascis 8nae, rectae v. subrectae, 90—100 μ longae et $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ μ latae, 15—18-loculares. — Apotheciis ad *Patellariam phaeoloma*, characteribus reliquis autem, excepto thallo, affinior *Pat. phaeolomoidi* Müll. Arg. L. B. n. 798, quae thallo et hypothecio distat. — Cinchonicola (ad specim. orig. Zenk.).

1034. *Blastenia* (sect. *Triopsis*) *Brebissonii* Müll. Arg.; *Lecidea Brebissonii* Fée Suppl. p. 108 t. 27 f. 8; *Lecanora Brebissonii* Nyl. Lich. Boliv. p. 377 et in Prodr. Nov. Gran. p. 30; thallus lacteus, tenuis, effusus, verniceo-laevigatus, nitidulus, continuus, demum rimulosus; apothecia croceo- et ferrugineo-fulva, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ mm. lata, sessilia, planiuscula, obtuse marginata, margo cum disco concolor, nitidulus, demum indistinctus, discus demum convexulus et scabrido-inaequalis, nudus; epithecium fusco-fulvum, lamina et hypothecium hyalina; paraphyses modice separabiles; asci bene evoluti 8-spori; sporae hyalinae, 25—30 μ longae, 13—16 μ latae, ellipsoideae, polari-3-loculares, locus intermedius distincte major. — Prope *Blasteniam croceam* Müll. Arg.; sc. *Lecideam croceam* Krph. Lich. Glaz. p. 45 n. 188 locanda. — Sectionem distinctam *Triopsidem* ambae constituunt propter sporas 3-loculares. Sect. *Eublastenia* offert sporas 2-loculares. — Species elegantula, simulans *Caltopisma luteo-album* sed apotheciis laetius coloratis et omnino biatorinis. — Corticola ad Gordon-Town in Jamaica: J. Hart (comm. cl. Joshua sub n. 116).

1035. *Buellia microsperma* Müll. Arg.; thallus sat tenuis, zona nigra limitatus, plumbeus v. e plumbeo argillaceo- v. subochraceo-pallens, e continuo et laevi mox rimoso-areolatus, areolae planae; apothecia $\frac{4-5}{10}$ mm. lata et minora, immersa, dein leviter emergentia, semper plana et margine impure nigro thallino-cinerascente paullo prominente cincta, opaca; lamina 55 μ alta; epithecium nigro-fuscum; hypothecium fuscum, superne hyalino-fuscum; paraphyses nigro-clavatae; asci angusti, 8-spori; sporae fuscae, 2-loculares, 7—10 μ longae et 4—5 μ latae, utrinque obtusae. — A *B. leucina* Müll. Arg. differt thalli colore,

apotheciis magis emergentibus et sporis minoribus, et a proxima *B. concava* Müll. Arg. recedit disco plano, hypothecio inferne crasse fusco et sporis minoribus. — Saxicola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm).

1036. *Lopadium cuticola* Müll. Arg.; *Lecidea* ? *cuticola* Fée Ess. p. 112 t. 26 f. 8; gonidia thalli globosa, viridia, circ. 8—10 μ lata; apothecia evoluta $\frac{1}{3}$ mm. lata, mollia, intus albida; discus fuscescens, margine nano pallidiore integro vix distincte prominente cinctus; lamina superne fulvescens, caeterum undique hyalina, mollissima at tenax; paraphyses creberrime connexo-intricatae; asci 1-spori; sporae hyalinae, 55—65 μ longae, 24—30 μ latae, circ. 18-loculares, loculi 4—6-locellati. — Juxta proximam *L. arthonioides*, javanicum, locandum est, a quo leviuscule recedit apotheciis et sporis minoribus, disco pallidiore, colore epithecii. — In cortice *Cinchonae Condamineae* (ad specim. Féean. orig.).

1037. *Ocellularia subemersa* Müll. Arg.; thallus glaucus, tenuis, subverniceo-laevigatus; apothecia circ. $\frac{2}{3}$ —1 mm. lata, arcte sessilia, hemisphaerica, ore depressa et mox latiuscule aperta, margine decolorato-albescentia; ostiolum in fundo albo-obturatum v. obturatore hinc inde demum perforatim nigro-2—3-oculato; perithecium interius nigrum; hypothecium viridinigrum; asci 1-seriatim 8-spori; sporae hyalinae, oblongato-ellipsoideae, utrinque obtusae, 4-loculares, 13—15 μ longae et 6—7 μ latae. — Extus similis est *Ocellulariae emersae*, sc. *Thelotrema emerso* Krphl. Lich. Glaz. p. 32, cujus sporae majores, 8-loculares et fusiformes et hypothecium hyalinum. — Corticola prope Gordon-Town in Jamaica: J. Hart (comm. Joshua n. 125).

1038. *Ocellularia depressa* Müll. Arg.; thallus olivaceo-fuscescens v. fuscescenti-pallens, tenuis, laevis, zona lata nigra cinctus; apothecia emergentia, $\frac{1}{3}$ mm. lata, conico-hemisphaerica, vertice late truncato-depressa, obtusissime et integre marginata; discus $\frac{1}{10}$ mm. latus, orbicularis, niger; perithecium interius superne crassiusculum, demum subemergens; sporae in ascis angustis inbricatim 1-seriales, 8-nae, hyalinae, 15—17 μ longae, 5—6 μ latae, fusiformes, 8-loculares. — Similis *O. obturata* (Ach.), sed apothecia magis nana, minus emerso-sessilia, sc. basi in thallum quasi dilatato-abeuntia, nec ibidem bene subconstricto-limitata et sporae fusiformes, utrinque angustatae et

8-loculares. — In cortice *Bonplandiae trifoliatae* (in hb. Féeano cum specim. *Thelotrematis umbrati* mixta).

1039. *Phaeotrema jamaicense* Müll. Arg.; thallus tenuiter tartareus, rimulosus, impure cinereo-albidus; apothecia $\frac{3}{4}$ — $\frac{5}{4}$ mm. lata, sessilia, hemisphaerica, regularia, ochroleuco-albida, thallo distincte albiora, ore paullo depressa et annulo magis decolorato interdum circumscisso praedita, ostiolum subregulariter orbiculare, $\frac{1-3}{10}$ mm. latum, fundo cinereo; perithecium proprium fulvum, laterale; lamina hyalina; paraphyses capillares; sporae in ascis 8nae, 1-seriales, e hyalino mox fuscae, circ. 20 μ longae et 6—7 μ latae, utrinque late obtusae, 6—7—8-loculares. — Extus *Ocellulariam cavatam* simulat, sed sporae fuscae et apothecia magis albida, et juxta *Phaeotrema meiospermum*, sc. *Thelotrema meiospermum* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 48 locandum est; *Phaeotrema Auberianum* (*Thelotrema Auberianum* Montgn. Cub. p. 163) et *Phaeotrema platycarpoides* (*Thelotrema platycarpoides* Tuck. Obs. 1864 p. 270), quae etiam affinia, apotheciis gaudent demum longe magis apertis. — Corticolum ad Gordon-Town in Jamaica: J. Hart (comm. Joshua sub. n. 14).

1040. *Thelotrema Hartii* Müll. Arg.; thallus albido-glaucus, laevis, crassitie mediocris, demum grosse reticulatim rimosus, confertissime fertilis; apothecia depresso-hemisphaerica, modice emersa, partim saltem usque ad medium et altius confluentim concrenentia, $\frac{4-5}{10}$ mm. lata, cum thallo concolora, laevia, regularia, crasse tumido-marginata, margo insigniter obtusus, ostiolum orbiculare v. ellipticum, non angulosum, integrum, in depressione situm; perithecium proprium interius pallidum, discus in depressione inconspicuus, sectione nudatus carneus; asci 1-seriatim 8-sporei; sporae hyalinae, 22—25 μ longae, 10—12 μ latae, oblongo-ellipsoideae, 4-loculares, loculi 2—3-locellati. — Proxime affine est *Th. concreto* Fée, a quo sub lente statim differt margine obtusissimo, depresso-aperiente et dein apotheciis minus alte inter se connatis. — Corticolum ad Gordon-Town Jamaicae: cl. J. Hart (comm. cl. Joshua n. 27).

1041. *Opegrapha* (s. *Lecanactis*) *insignior* v. *fusca* Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens v. dein virenti-albidus v. evanescens, hypothallus virenti-fuscescens; apotheciorum discus pruina carens, fuscus v. fusco-nigricans. — Similis *Op. proximatae* e Cuba, et *Op. pluriloculari* ex Australia et insulis proximis, sed sporae ut in *Op. insigniore*, cujus specimina normalia eodem loco im-

mixta etiam lecta sunt. — Corticola ad Novo Friburgum Brasiliae: Glaziou.

1042. *Opegrapha* (s. *Pleurothecium*) *semiatra* Müll. Arg.; thallus cum epidermide maculam olivaceo-fuscidulam laevem formans; lirellae ut in *Op. atra*, copiosae, erumpentes, lineares, rectae et varie curvatae, simplices et pauciramosae, juniores non nisi linea nigra emergente perspicuae, demum autem emersae et nudatae, turgidae, $\frac{2-3}{10}$ mm. latae, totae nigrae et opacae, semper arcte clausae; perithecium subtus deficiens, labia inferne non-nihil divergentia; lamina tota cum hypothecio hyalina; asci cylindrici, 8-spori; sporae hyalinae (vetustate infuscaetae), circ. 30 μ longae et 7 μ latae, fusiformes, 6-loculares. — Extus prima fronte *Op. atram* bene simulans, sed structura perithecii diversissima et sporae insuper 6-loculares sunt. — Sect. *Pleurothecium* ab *Opegraphis* genuinis differt perithecio tantum laterali, basi deficiente. — Ad cortices juniores prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 13 (comm. Dr. Lahm).

1043. *Graphis* (s. *Eugraphis*) *diaphoroides* Müll. Arg.; thallus caesio-albus, tenuis, laevis, demum subrimulosus; lirellae copiosae, simillimae iis *Opegraphae diaphorae*, emersae, simplices, oblongatae, rectae et curvatae, inferne lateraliter thallino-vestitae, caeterum quoad labia laevia nudae; labia conniventia, mox deinde hianti-patentia et discum planum caesio- v. albedo-pruinose demum nudatum ostendentia; perithecium subtus deficiens; lamina hyalina; asci 8-spori; sporae hyalinae, 20—25 μ longae, 7 $\frac{1}{2}$ —9 μ latae, ventricoso-fusiformes, utrinque acutiusculae, 6—8-loculares. — Inter *Gr. ovalam* (Fée) Mass. et *Gr. comma* Mass. locanda est. Lirellae praeter discum pruinose ut in Hepp Fl. Europ. n. 891. — Corticola prope Lydenburg in territorio Transwaal; Dr. Wilms n. 11 (comm. Dr. Lahm).

1044. *Graphis* (s. *Fissurina*) *grossula* Müll. Arg.; thallus cinereo-albus, tenuissimus, verniceo-nitidulus, pro parte obsolete granuloso-inaequalis; apothecia thallo vestita, concolora v. non-nihil flavescenti-alba, emersa, lineari-elliptica, utrinque obtusa, $\frac{1}{2}$ mm. lata et 2—3-plo longiora quam lata, labia obtusissima, lata et tumida, basi effusa, haud sulcata, arcuato-conniventia; rima fuscidula; discus in sectione sat planus, latiusculus; perithecium proprium obscure fulvum, basin versus evanescens, subtus sub hypothecio hyalino deficiens; sporae hyalinae, in ascis 8-nae, 1-seriales, cum halone amplo 22—27 μ longae et 10—12 μ latae, 4-loculares. — Sat similis *Gr. leucoxanthae* Müll.

Arg., sed apothecia arctius clausa et sporae evolutae tantum 4-loculares. — Corticola ad Gordon-Town in Jamaica: J. Hart (comm. Joshua n. 99 b).

1045. *Phaeographis* (s. *Melanobasis*) *hypomelaena* Müll. Arg.; thallus obscure olivaceus, laevis, lirellae $\frac{1}{2}$ mm. latae, ex elliptico valde elongatae, simplices et ramosae, immersae, margine thallino vix emergente cinctae v. vix marginatae; discus planus, nudus et ater; hypothecium valde incrassatum, atrum, in sectione utrinque breviter in marginem proprium nigrum conicum apicem laminae haud attingentem evolutum; sporae in ascis 8-nae, fuscae, 37—48 μ longae et 10—11 μ latae, cylindricae, utrinque late obtusae, 10—12-loculares. — Inter *Ph. planiusculam* et *Ph. diversam* locanda est, priori tamen similior, at margines proprii occulto-abbreviati, nec linea emergente nigra desupra perspicui et discus caeterum nudus. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 188.

1046. *Phaeographis* (s. *Schizographis*) *sulcata* Müll. Arg.; thallus albus v. albidus, tenuis, laevis, subverniceus; lirellae $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ mm. longae, $\frac{2}{10}$ mm. latae, simplices et bifurcatae, varie curvatae, longius attenuatae, leviter tantum emergentes, supra nudaе et atrae; labia demum hiantia, longitrorsum 1-sulcata; perithecium sub lamina tenue, nigrum, aut deficiens; rima inter labia nigra; lamina hyalina; sporae in ascis 8-nae, 2-seriales v. oblique imbricatim 1-seriales, ex hyalino mox rufo-fuscidulae, 25—34 μ longae et 7—8 μ latae, subcylindricae, utrinque obtusae, 8—10-loculares. — Habitu satis ad *Graphidem schizograptam* et *Gr. leptocladam* Müll. Arg. accedit, sed sporae coloratae et lirellae caeterum non omnino conformes. — Corticola ad Gordon-Town in Jamaica: J. Hart (comm. Joshua n. 101 pr. p., mixta cum subsimili *Graphide commate* Mass.).

1047. *Phaeographis* (s. *Hemithecium*) *paratypa* Müll. Arg.; thallus olivaceo-argillaceus, laevigatus, subcartilagineus; lirellae evolutae $\frac{1}{2}$ mm. latae, elongatae, varie curvatae et ramosae, innatae, margine thallino emergente cinctae v. margine leviter emergente praeditae, margo decoloranti-pallidus, demum longitrorsum striato-sulcatus, in sectione fusco-obscuratus, superne crassior, sub hypothecio deficiens; discus latus, planus, persistenter cinereo-pruinosis; lamina et hypothecium crassum hyalina; sporae in ascis 8-nae, fuscae, 30—35 μ longae, 10—11 μ latae, 6-loculares. — Extus persimilis *Phaeographinae sculpturatae*, sed sporae diversissimae. — Juxta javanicam *Ph. bicolorem* Müll.

Arg. L. B. n. 461 locanda. — Corticola in Nova Granata prope Bogota, alt. 2500 m. (Lindig n. 2578 pr. p., mixta cum *Phaeographina scalpturata*).

1048. *Graphina* (s. *Rhabdographina*) *granulosa* Müll. Arg.; thallus cinereus, tenuis, crebre granuloso-exasperatus; lirellae grossae, cylindrico-ellipsoideae, utrinque obtusae, $\frac{9}{10}$ —1 mm. latae et 2—3-plo longiores quam latae, elato-emersae, basi modice constrictae, totae thallino-vestitae et more thalli tuberculis hemisphaericis sat numerosis granuloso-asperae; perithecium proprium crassum, et altum, nigrum, in sectione basi valide completum; labia subcontigua, crassa, longitrorsum 1—2-sulcata; lamina profunde immersa, angusta; sporae in ascis solitariae, hyalinae, 100—140 μ longae et 25—35 μ latae, copiosissime multilocellatae. — Affinis *G. Acharii*. — Corticola ad Gordon-Town in Jamaica: J. Hart (comm. Joshua n. 96).

1049. *Phaeographina* (s. *Eleutheroloma*) *myriogloena* Müll. Arg.; thallus olivaceus, laevis; lirellae varie subintricatim ramosae et contorto-curvatae, mediocres, margine thallino emergente decolorato-pallido cinctae; discus immersus, angustus, diametro $\frac{1}{5}$ mm. aequans, planus, nudus et niger; margo proprius supra thallinum haud emergens, in sectione superne crassior et obscurior, basin versus evanescens v. saltem expallens; epithecium fuscum, distinctum at tenue; hypothecium hyalinum; sporae in ascis solitariae, fuscidulae, 120—150 μ longae, 30—38 μ latae, 40—48-loculares, loculi transversim (in plano optico) 8—14-locellati, sc. creberrime divisi. — A proxima *Ph. scalpturata* differt habitu, lirellis minoribus et peculiariter curvato-intricatis, disco duplo angustiore et sporis exime multilocellatis. — Corticola in Guyana gallica (Leprieur n. 196).

1050. *Phaeographina* (s. *Eleutheroloma*) *ornata* Müll. Arg.; structura lirellarum et habitus ut in *Ph. scalpturata*, sed lirellae subduplo minores, margine thallino alte tumido albescente ornatae, discus duplo angustior, pruina caesio-alba densa tectus et sporae 8-nae pluries minores, tantum 25—31 μ longae et 10—12 μ latae, 6-loculares, loculi praeter ultimos 2—3-locellati. — Prope *Ph. pezizoideam* (Ach.) Müll. Arg. et *Pl. pachnodem* (Fée) Müll. Arg. inserenda est. — Margines in sectione superne crassiores, olivaceo- v. fulvescenti-fusci; hypothecium hyalinum. — Corticola in Cayenna (leg. Leprieur).

1051. *Phaeographina* (s. *Eleutheroloma*) *scalpturata* Müll. Arg. L. B. n. 482 et in Graphid. Féean. (ubi species exposita ad

orig. Ach. et Féeana). — Plantam genuinam vidi in cortice Cinchonae (ex hb. Féean. et Ach.), e Nova Granata: Lindig n. 2, 54, 2853; e Guyana gallica: ex hb. Montg.; et e prov. Rio de Janeiro: Glaziou n. 1967, 2853, 3377, 6299. — Marginis evolutio et ambitus lirellarum obtusarum satis ludit et hypothecium dein vulgo hyalinum, hinc inde autem basi zonula angusta obfuscatum est at hanc ultimam variationem in uno eodemque apothecio pluries inconstantem vidi, similiter ac in sequentibus 2 varietatibus. In hac forma genuina ergo includi debet *Graphis sculpturata* v. *supposita* Nyl. in Flora 1869 p. 123 cujus hypothecium basi tenuiter obfuscatum est.

— — *β. acuminata*; lirellae acute et vulgo longe acuminatae. — Reliquae optime cum planta genuina conveniunt; hypothecium saepe, non semper, basi tenuiter obfuscatum aut in iisdem lirellis hinc obscuratum, illinc plane hyalinum. — Prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2176, 2178; et in Nova Granata prope Bogotam: Lindig n. 2636, 2578 pr. p.

— — *γ. dissimilis*; *Graphis sculpturata* f. *dissimilis* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 564; lirellae confertae et intricatim breviuscule astroideo-ramosae, rami lati, obtusissimi, demum nigri. — Structura lirellarum et sporarum caeterum bene cum planta genuina et var. *acuminata* conveniunt, at habitus alius, formas astroideo-ramosas amplas *Phaeographidis dendriticae* (ubi sporae diversissimae) in mentem revocans. — Corticola in Nova Granata: Lindig n. 139, et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2763, 3382.

1052. *Arthonia Wilmsiana* Müll. Arg.; thallus albus, tenuiter tartareus, late expansus, laevis, demum minute rimulosus; apothecia laete et pulchre purpureo-coccinea, orbiculari-angulosa, breviter et late irregulariter subramulosa et subastroidea, leviter emersa, planiuscula, nuda, scabridula, intus concolora; asci globoso-obovoidei v. globosi, 6—8-spori; sporae hyalinae, circ. 38 μ longae et 14—15 μ latae, subaequaliter 4—6-loculares, loculi intermedii terminali et basilari leviter longiores. — Extus perfecte *Arthothelium millinum*, sc. *Arthoniam millinam* Krphl. (e Borneo) simulat, sed sporae sunt diversissimae. Ab *A. cinnabarina* Auct., cui affinis, statim differt apotheciis multo laetius et pulchrius coloratis et insuper magnitudine majore et dein sporis valde majoribus et aliter divisis, sc. articulo superiore non majore praeditis. — Corticola ad Lydenburg in territorio Transvaal: Dr. Wilms n. 16 (comm. Dr. Lahm).

1053. *Arthonia pulcherrima* Müll. Arg.; thallus tenuissimus, albo-pulverulentus, evanescens; apothecia orbicularia et anguloso- v. sublobato-orbicularia, $\frac{2}{3}$ — $\frac{4}{5}$ mm. lata, subplana, tenuia, laete carmino-sanguinea, intus concolora; hypothecium hyalinum, lamina caeterum pallide carmino-sanguinea; asci globoso-obovoidei, parvi, 8-spori; sporae 8nae, hyalinae, 8—10 μ longae, 4 μ latae, oblongato- v. cylindrico-ellipsoideae v. -cbovoideae, utrinque obtusae, medio 1-septatae. — Stirps pulcherrima, pigmento laete carmino-sanguineo eximia, prope *A. cinnabarinulam* Müll. Arg. L. B. n. 307 locanda. — Corticola in insula Portorico (Schwenke, ex hb. Hamp.).

1054. *Arthothelium millinum* Müll. Arg.; *Arthonia millina* Krphl. Lich. Becc. p. 42. — Sporae hucusque ignotae, in meo specimine evolutae at rarae sunt. Lamina intus ut in *Arthonia cinnabarina*; asci globoso-obovoidei, superne modice pachydermei, 6—8-spori; sporae late ellipsoideae v. late ovoideae, 34—45 μ longae, 19—22 μ latae, hyalinae, creberrime locellatae, locelli in seriebus 12—14 transversalibus circ. 4—6, subcubici. — Species pulchra, apotheciis multo laetius colorata quam in *Arthonia cinnabarina* et tota planta extus thallo et apotheciis simillima *Arthoniae Wilmsianae* e territorio Transwaal. — Corticola in borneensi insula Sarawak: Becc. n. 90.

1055. *Melaspilea fugax* Müll. Arg.; thallus cum cellulis substrati maculam albidam formans; apothecia $\frac{2}{10}$ mm. lata, orbicularia v. dimidio longiora quam lata, erumpentia, mox adnato-sessilia, demum laxe adnata basique paullo contracta facileque decidua, semper tota nigra, e plano v. subplano patellaria, obtuse prominulo-marginata; margines in sectione nigro-fusci; hypothecium lamina 2—3plo nanius, cum epithecio fuscum v. nigro-fuscum; lamina obscurata; paraphyses aegre distinguendae, arcte connexo-conglutinatae; asci oblongato-obovoidei, 6—8-spori; sporae fuscae, medio subconstrictae, 24—28 μ longae, 10—12 μ latae, aequaliter 2-loculares, v. locus inferior leviter angustior, superiore non longior, uterque rotundato-obtusus. — A proximis *M. proximella* Nyl. et *M. Rhododendri* Almq. jam sporis multo majoribus differt et insuper a priore hypothecio fusco sat crasso et a posteriore forma abbreviata apotheciorum distincta est. — Ad corticem *Aceris* ad pedem montis Salève supra Crevin ubi detexit cl. Rome.

1056. *Mycoporopsis leucoplaca* Müll. Arg.; thallus albus v. cinereo-albus, tenuis, laevis, subfarinulentus, margine nigro-

limitatus; gonidia concatenata; peridia collectiva subanguloso-orbicularia, nano-hemisphaerica, evoluta $\frac{4-6}{10}$ mm. lata, novella albido-velata, mox denudato-nigra et opaca, prominenter plurigibbosa, in sectione crassa nigro-fusca, quoad laminam e pluribus compositam undique cum hypothecio hyalina; asci 8-sporei; sporae biseriales, mox infuscaetae, 25—30 μ longae et 9—11 μ latae, paullo soleaeformiter biloculares, locus inferior reliquo leviter longior et angustior. — Extus fere *Mycoporum pycnocar-pum* Nyl. simulat, sed thallus albior et sporarum structura omnino alia. — Corticola in Brasiliae prov. Minas Geraes: Glaziou.

1057. *Verrucaria aethiobola* Ach. var. *peregrina* Müll. Arg.; apothecia in thallo alieno sita, subglobosa v. nonnihil depresso-globosa, $\frac{1}{7}$ — $\frac{1}{8}$ mm. lata, nigra, opaca, vertice nitida et demum minute umbilicata, circiter triente v. fere dimidio basi immersa; perithecium completum, parte emersa olivaceo-nigrum, subgrosse celluloseum, parte immersa hyalinum aut leviter obfuscatum; nucleus hyalinus; paraphyses indistinctae; asci elongato-obovoides, superne paullo angustiores, eximie hyalini, 8-sporei; sporae hyalinae, simplices, elongato-ovoideae v. -ellipsoideae, 16—22 μ longae et 6—8 μ latae. — In thallo granuloso olivaceo-viridi alieno quercigeno circa Cologny prope Genevam (*Callopismatis cerini* et aliorum Lichenum crustac.), ubi in muri subcontigui mortario planta genuina *Verrucariae aethiobolae* observari et in trunco quercino substratum (gonidiis normalibus, haud chroolepoideis) et dein fertile recognosci potuerunt et ubi simul aderat *Buellia urecolata* Th. Fries arct. p. 233, s. *Lecidea sociella* Nyl., a qua non differt *L. parasitaster* Nyl. in Flora 1875 p. 105 (a cl. Rome lecta).

1058. *Porina* (s. *Segestrella*) *ferruginosa* Müll. Arg.; thallus fulvo-argillaceus, tenuis, demum decolorando-cinerascens; minute rimulosus; gonidia chroolepoidea; apothecia globosa, semiimmersa, $\frac{3-4}{10}$ mm. lata, praeter apicem exiguum apiculato-mamil-larem fusco-nigrum nitidulum tota parte emergente ferruginea, opaca; perithecium fere dimidia parte superiore crassum, fusco-nigrum, caeterum inferne tantum zonulam angustissimam formans aut ibidem indistinctum, nucleus globosus, hyalinus; paraphyses rigido-capillares, liberae et simplices; asci clavato-cylindrici, angusti, 8-sporei; sporae hyalinae, 16—20 μ longae, $3\frac{1}{2}$ —4 μ latae, vulgo arcuatae, subinde sigmoideae, 4-loculares, utroque apice obtusae. — Corticola ad Lydenburg in Trans-waalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm).

1059. *Microthelia Romeana* Müll. Arg.; thallus cum saxo conferruminatus, late effusus, coerulescenti-plumbeus, subinde ochraceo-pallens, tenuissime farinulentus, creberrime et minutissime alveolato-asperulus; apothecia $\frac{1}{10}$ mm. lata, globosa, nigra, opaca, immersa, dein triente emergentia, sicca apice late collabescendo-depressa; paraphyses indistinctae; asci obovoideo-cylindrici, circ. 50—60-spori; sporae fuscae, 6—8 μ longae et $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ μ latae, rectae, aequaliter v. subaequaliter biloculares, 2—3-plo longiores quam latae. — Thallus haud alienus, undique regulariter et copiosissime fertilis. Apothecia minora et sporae graciliores quam in *Tichothecio pygmaeo*. — Ad saxa calcarea montis Salève supra Bossey, prope Genevam (leg. oculatiss. Rome, n. 739).

1060. *Polyblastia alba* Müll. Arg.; thallus pure albus, tenuis, continuus, farinulentus, margine effusus; apothecia e tecto emergentia, demum superne denudata et nigra, cum halone cingente $\frac{8-9}{10}$ mm. lata; perithecium completum, basi tenuius, infra medium lateraliter obtuse dilatatum, nigrum; nucleus globosus, hyalinus; paraphyses tenellae, trabeculatim connexae; asci obovoidei, (6—)8-spori; sporae hyalinae, ovoideae, circ. 18—23 μ longae, 10—13 μ latae, 6—7-loculares, loculi 2—3-locellati. — A proxima et simili *P. lactea* Mass. statim recedit thallo albo et apotheciis distincte latioribus et sporis 8-nis. Interdum occurrunt apothecia confluentia geminata. — Corticola ad Lydenburg in Transwaal: Dr. Wilms.

Lichenes Insulae Sancti Pauli.

Enumerat William Nylander Med. Dr.

Insula parva Sancti Pauli sita est in medio Oceano indico, latit. merid. 38° 42' et longit. 75° 28', ab omni parte longe separata, inter insulas Mauritii vel Rodrigues (latit. 20°) et Kerguelen (50°). Est vulcanicae formationis et nuda, sterilissima.

Ex insula illa Sti. Pauli nostris usque temporibus cogniti non erant Lichenes nisi pauci citati in Krempelhuber Reise Novara (1870) et qui sunt: *Leptogium Burgessii* ibi p. 258, *Cladonia fimbriata* f. *minor* p. 127, *Ramalina scopulorum* p. 122, *Peltigera leptoderma* Ny! p. 121, *Parmelia tiliacea minor* p. 115, *Physcia speciosa* f. *minor* p. 113, *Ph. parietina* var. *ectanea* p. 114, *Lecanora aurantiaca* var. *contigua* p. 111, *Opegrapha lithyrgea* p. 109, omnes

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1886

Band/Volume: [69](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 307-318](#)